

Prologus.

vero fit quod ad seculum pertinet. ut ludas seculares: carmen seculare. quod utriusque factum est. [Infamie nota.] Stedendo libros illos heresim aut falsitatem aliquam continere. [Inusserunt.] Quasi si igne atque cauterio signum impresserunt. quod seruis erroribus aut fugitiuis fieri consuevit. [Libros retractionum.] Quemadmodum diuus Aurelius Augustinus qui in opera iam edita libros retractionum fecit. [In eos qui ante nos.] id est a quorum preceptis atque doctrina nonumquam discessimus. [Posteris] id

Adartial.

est futuris. [De viuo et sentiente.] Ex Adartiale sumptum est: qui libro epigrammaton primo scribit. Qui letor: studiose quod dedisti uenti decem atque sentienti. [Itaque ego.] Superioris adhuc conclusiois rationem: exemplo Grecorum confirmat. quae in operibus ab aliqua arte perfectis praeterito imperfecto tempore subscriptiones apponebant. illud significare volentes: nullum esse mortale opus cui non aliquid desit: quod tempore suppleri possit. [In hac quoque parte] De qua sum statim dicturus. [Statius et imaginibus] Statuae ex materia solida sunt veluti auro. argento. ere. ligno. marmore. Imagines vero sunt etiam ex coloribus. [Et mos artificum est.] Qui in basibus statuarum tabularumque calcibus nomina sua subscribere

infamie nota inusserunt. verum etiam in propria opera libros retractionum edidere. Quod licuit nobis in eos quae ante nos artis grammaticae precepta tradiderunt. Quod denique posteris meque etiam viuo et sentiente presentibus licebit. ut aliquid velint operi meo addere: non nihil etiam detrabere: quedam rursus in alium ordinem commutare. Itaque ego grecorum prudentiam quemadmodum ceteris in rebus in hac quoque parte vehementer admireor: qui statuis et imaginibus non subscribebant ut mos artificum est. Zysippus fecit aut Polykletus sed titulo impendenti Zysippus aut Polykletus faciebat ut contra iudiciorum varietates superesset artificii regressus ad veniam: velut emendaturo quicquid desideraret: si non esset interceptus. Quid quod et illa quae fuerunt ab impressoribus et librariis detorta: quae primum ab amicis: primum etiam ab alienoribus deprauata. cum protypo meo unde omnes codices emanant contuli atque ad lineam veritatis quod aberrauerat quam diligentissime reduxi. Et hos vero commentarios edem

Cicero.

confueuerunt: dummodo opera illa non essent publicis impensis facta. Nam fuit lex que adhuc hodie extat in codice Iustiniano: ne quid operi publico liceat inscribere. Et Cicero libro thusculanarum questionum primo. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo. Adinertue cum inscribere non liceret. [Zysippus fecit aut Polykletus.] Tota haec clausula perne ad verbum ex plinij praefatione in libros naturalis historiae translata est. Ex illis nos velim intelligi pinguis cum doctoribus quorum in libellis his inuenies absoluta opera. et illa quoque que mirando non satiamur: pendenti titulo inscripsisse Apelles faciebat aut Polykletus: tantumquam inchoata semper arte et imperfecta. Et contra iudiciorum varietates superesset artificii regressus ad veniam: velut emendaturo quicquid desideraretur si non esset interceptus. [Zysippus et Polykletus.] Statuarij fuerunt: quorum opera idem auctor illustrauit libro. xxxiii. [fecit] tempore praeterito perfecto: ne significarent opera sua fuisse ab illis absoluta: quod nihil illis addi posset: quodque ipsum magne inuidie haberetur: ut idem Plinius est auctor. [Sed titulo impendenti.] Quasi tempore imperfecto faciebat: aut pinguebat quod faciebant. [Et superesset artificii regressus ad veniam.] id est ex eo quod populus de suis operibus iudicaret: ipsi operum emendarent. Artificii inquam. [Velut emendaturo quicquid desideraretur.] id est deficeret. nam

Lucanus.

et hoc quoque significat Desidero. [Si non esset interceptus.] id est morte raptus. ut Lucanus in primo. Abstulit ad manes parcarum Julia seu intercepta manu. [Quid quod et illa.] Aliam quoque fuisse causam recognoscendi secundam editionem dicit: quia fuerunt nonnulli qui aut ignorantia aut ausu quodam temerario plerumque loca inuerterunt. [Impressoribus.] id est qui libros rotulis imprimunt quos quidam calcographos appellant: hoc est ereis litteris chartas imprimendo scribentes. [Librariis.] Qui libros calamo vel penna scribunt: nam qui vendunt bibliopole dicuntur. [Detorta.] id est a vero exemplari deprauata. [Cum prototypo meo.] id est primo illo meo atque archetypo exemplari. [Contuli.] id est comparauit. [Et quod aberrauerat] id est a via recta deprauatum fuerat. [Ad lineam veritatis] id est ad regulam reduxi. [Hos vero commentarios.] Haec est secunda plagi pars: in qua duas affert causas: cur introductiones suas